UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Compendiosa Praxis Beneficiaria

Nicolarts, Laurentius

Coloniae Agrippinae, 1658

Acrostichis Gratvlatoria

urn:nbn:de:hbz:466:1-61991

Visual Library

ACROSTICHIS GRATVLATORIA

In compendiariam de Eccleſiaſticis beneficiis Praxin,

A B

ADMODVM REVERENDO ET EXIMIO VIRO

AC DOMINO DOMINO

LAURENTIO à NICOLARTS

SS. Theologiæ Doctore, Coloniæ promoto, Prothonotario Apoſtolico, in D. Ioannis Evangeliſtæ apud Leodios Canonico digniſsimo, ad multorum uſum laborioſè ac doctè concinnatam.

LAudabunt alii numeroſa poëmata, telæ
Non ſimplicis quæ texuit *Subtemine*
Aut *Lyricen* fidei Romanæ, aut grande cothurno
Iniens theatrum *Seneca* tragico, vel elegis
Vtens flexilibus *Vates*, qui triſtia ſcripſit
Cum gaudio. multos pedeſtre *Tullii*
Romano ore genus capiet, *Liviiq́;* rotundis
Orcheſtra delectabit uſq; cochleis.
Eſt ſua cuiq; operi (neque contemnenda) voluptas:
Labore tamen ad altiora ſtrenuo
Nitentes, *Conſulta Patrum, Canonesq́; beatos*
Agitant frequenter, affluuntq́; honoribus,
Talibus accinctum ſtudiis, laus maxima te LAV-
RENTI manet, nec præmio tantus labor
Immunis credetur: erit ſua gloria *Praxi*
T*ua* per orbem Chriſtianum. Avunculus
Vt quoque lætetur maturis STRAVIUS annis,
V*biorum* ovili qui præeſt, Epiſcopus
Sacratum referens peregrinæ nomen *Ioppæ*.
Sequana, Tibris, Viſtula, Tagus plaudat operi.

Amicitiæ & honoris cauſâ alludebat

CHRISTIANUS ADOLPHUS THULDENUS *Canonicus Diaconus ad B. Mariæ Virginis Gradus, SS. Theologiæ Licentiatus, Coloniæ anno 1657. menſe Novembri. poſtridie* D. *Cuniberti.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN